

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Amico suo N.N. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

ria uestro auditorio, cum non possimus sanare uuln-
nera nostra uituperadis uictoribus. Deo nos com-
mendemus, et necessariam doctrinam illustremus:
quod facere possumus mediocri studio. Vale.

10. Liber II, 165.

Amico suo N.N. S. D.

Spero te accepisse meam epistolā, quam isthuc
perferendam dedi nuncio Northusano: in qua si-
gnificamus, pias sentētiās à delectis ex nobilitate et
ex ciuitatibus dictatas esse. Video plurimorum uo-
luntatem piam et honestam esse. Nec nos discede-
mus ab eo scripto, quod isthic cōmuni deliberatio-
ne compositum est. Nunc iussus sum recitare copio-
sius articulum *τοῦ ἐπιεικισμοῦ*. Quia existimant
narrationem literis ad Imperatorem addēdam es-
se, quæ exponat qualis sit doctrina, et qui ritus ha-
rum Ecclesiarū. De literis *τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐκτετακτοῦ*
πρὸς, reprehendenda est *κακοψυχία* hominum, qui
excerpunt quæ taxētur: ea uerò quæ fortius dicun-
tur, negligūt. Sed usitata est hæc peruersitas, et ob-
ruenda uirtute. * Quod Marchici describi uolunt
Sphingem Augustanam, si isthic exemplum habe-
tis, opinor nos illud Stendalie descripsisse. Quæ so-
ut eis gratificeris. Reuerendo domino pastori, et
D. Vito, et cæteris amicis, ac nostræ familie salu-
tem opto. Nunc enim pluribus scribere non pote-
ram. Bene uale, Die 6 Iulij.

M. Vel-